



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Huic multæ conformes aliæ producuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

*malitia tui affectus, si postquam visum est,
quanto te bono privet & quantum insit mali
ac damni, adhuc retinetur. Ephraim, quid mihi
ultra Idola? Nempe ille affectus, idolum est
zeli de quo alius Propheta, & de quo Deus
principiū queritur, quasi sibi per affectus illos
opponerentur æmuli ad provocandum ze-
lum quo nos diligit, & quo dolet se non ita
pure & unicè à nobis diligi. Post idola enim cor
eorum gradiebatur! EMUNDATE manus pec-
catores, & purificate corda, duplices animo. Utinam in nobis fiat quod dicebat David, Aus-
teres spiritum eorum & deficiunt, & in pulvrem
suum revertentur. Emittes spiritum tuum &
creabuntur. Non enim receptaculum spiritus san-
cti quisquam efficitur, nisi spiritu suo primitus
evacuetur, ait S. Gregorius.*

Huic portò veritati multæ passim quadrat.

Qui nimis suos diligit, non satis diligit.

In 2. parte, Feria 3. hebdomada sancta.

*Minima quævis inordinatio cordis immun-
di, major est quævis inordinatione hujus
mundi.*

*In 2. parte, Feria 6. hebdom. 1. post octavam
Pasche.*

*Sin ec in ipso cœlesti gustu sustendum est,
longè minus in sensuali.*

In 4. parte, Feria 5. hebdom. 15.

Vide Verbo affectio.

CVM uenerit ille, arguet mundum.

*Si quis argui & corripi noluerit, hoc ipso ma-
gis est arguendus & corripiendus.*

In 4. parte, Feria 4. hebdom. 16.

*Quod nos magis laxificat, hoc magis contri-
stat spiritum sanctum.*

In 2. parte, in die Pentecostes.

*Sanitas non erit tibi, tibi nil proderit Spiritus
sanctus: quod gravius in te est malum, hoc
est, quod ille magis, hoc est quod minus
velles sanari.*

*In 1. parte, Feria 5. hebdomada 6. post Epi-
phaniam.*

*ARGVET mundum de peccato, quia non credi-
derunt in me.*

Nullus est Christianus, qui non verè credat

Christum esse filium Dei: Et vix ullus est

Christianus qui hoc verè credat.

In 3. parte, in festo Transfigurationis Domini.

*Si quid videtur difficile quod dixit Christus,
hoc ipso redditur facile, quod Christus di-
xit.*

In 3. parte, Feria 5. hebdom. 5. Pentec.

*Vide sequentem Feriam, & alias passim de
fide obviis.*

*ARGVET mundum de justitia, quia ad Patrem
vado, & jam non videbitis me*

*Id est, arguet mundum qui meam vitam &
doctrinam arguit & condemnavit quasi fal-
lacem & deceptricem, quasi ipse mundus me
est justior & sanctior: quasi melius lentire
de pietate, de bonis moribus, & de his que
hoc generali *Iustitia* nomine bona solent in-
telligi. In hoc enim vel maximè mundus ex-
travit, quod Christi Domini justitiam, id est,
sinceram vitam & doctrinam repudiarit, tuam-
que falsam & oppositam supposuerit tanquam
verioiem. Quia de justitia & veritate sanctitatis
spiritus sanctus arguet mundum per Apo-
stolos, & convincet erroris ac falsitatis: *Quia,*
inquit Dominus, *ad Patrem vado, quia ca-
elos reperio recipiendus à Patre meo & cum eo
regnaueris, hoc enim est certissimum meæ
justitiae & justificationis argumentum;* hæc
est evidentissima demonstratio sinceræ vite
ac doctrinæ. Nam quos Deus in cælo recipit
& remunerat, sunt justi & sancti. Sed me
Deus pater suscipiet, & quæcumque feci ac di-
xi, tum ipse in cælo probabit & remunerabit
in æternum, tum spiritus sanctus suis admiri-
randis effectis confirmabit in terra. Ergo ipse
sanctus & justus sum: ergo impius & in-
justus mundus est, qui mea condemnata sancti-
tate & justitia, tuam falsam substituit. *Ite ad
Patrem,* inquit sanctus Chrysostomus, ar-
gumentum fuit, quod irreprohensibilem vitam
egisset, ne possimus dicere, peccator est, & non est
ex Deo.*

*Hæc est huius loci facilior interpretatio,
cui possunt congruentes hæ Veritates ap-
partari.*

*Nemo Christianus Christi iudicio condem-
nabitur, nisi qui prius suo Christum judi-
cio condemnaverit.*

In 1. parte, Dominica 1. Adventus.

Siquid